Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

pplm istum sub manu mea: ut auf
ferrem de medio abimelech.
Dixitque e abimelech. Congrega ex
ercitus multitudinem et ueni. zebul
enim princeps ciuitatis auditis sermo
nibz gaal filii obeth. iratus e ualde.
et misit clam ad abimelech nuntios
dicens. Ecce gaal filius obeth. uenit
in sicimam cum fratribz suis. et oppu
gnat aduersum te ciuitatem. Surge
itaque nocte cum pplo qui tecum e. et
latita in agro: et primo mane oriente
sole irrue sup ciuitatem. illo aut egre
diente aduersum te cum pplo suo. fac
ei qd potueris. Surrexit itaque abimelech
cum omni exercitu suo nocte. et teten
dit insidias iuxta sicimam in quattuor
locis. Egressusque e gaal filius obeth. et
stetit in introitu porte ciuitatis. Surre
xit itaque abimelech et omis exercitus
cum eo de insidiarum loco. Cumque ui
disset pplm. dixit gaal ad zebul. Ecce
de montibz multitudo descendit. Cui
ille respondit. Umbras montium uides
quasi hominum capita: et hoc errore
deciperis. Rursumque gaal ait. Ecce ppls
de umbilico terre descendit. et unus cu
neus uenit per uiam que respicit quer
cum. Cui dixit zebul. Ubi e nunc os tu
um quo loquebaris. Quis e abime
lech ut seruiamus ei. Nonne iste est
ppls quem despiciebas. Egredere et pu
gna contra eum. Abiit ergo gaal exspec
tante sicimorum pplo. et pugnauit contra
abimelech: qui persecutus e eum fugientem
et in urbem compulit. cecideruntque ex parte
eius plurimi usque ad portam ciuitatis.
et abimelech sedit in ruma. zebul aut
gaal et socios eius expulit de urbe. nec
in ea passus e commorari. Sequenti ergo die
egressus e ppls in campum. Qd cum nun
ciatum eet abimelech. tulit exercitum
suum. et diuisit in tres turmas. tendens
insidias in agris. Uidensque qd egrederetur
ppls de ciuitate. surrexit et irruit in eos
cum cuneo suo. obpugnans et obsidens
ciuitatem. Due aut turme palantes per
campum aduersarios persequebantur. Porro
abimelech omni die illo oppugnabat
urbem. quam cepit. interfectis habita
toribz eius. ipsaque destructa. ita ut sal in
ea dispergeret. Qd cum audissent qui ha
bitabant in turri sicimorum: ingressi sunt
phanum dei sui berith. ubi fedus cum eo
pepigerant. et ex eo locus nomen acceperat
qui erat ualde munitus. Abimelech au
diens quoque uiros turris sicimorum pariter con
globatos. ascendit in montem selmon
cum omni pplo suo: et arrepta securi per
cidit arboris ramum. inpositumque ferens
humero dixit ad socios. Qd me uidetis
facere cito facite. Igitur certatim ramos de
arboribz precidentes. sequebantur ducem.
Quos circumdantes presidium succen
derunt. atque ita factum e. ut fumo et igne mil
le hominum necarentur. uiri pariter ac mu
lieres habitatorum turris sichem. Abimelech
aut inde proficiscens. uenit ad oppidum
thebes. qd circumdans obsidebat exerci
tum. erat aut turris excelsa in media ci
uitate. ad quam confugerant uiri simul ac
mulieres: et omis principes ciuitatis cla
usa firmissime ianua. et sup tectum tur
ris stantes per propugnacula. Accedensque
abimelech iuxta turrem pugnabat for
titer: et appropinquans ostio. ignem nite
batur subponere. Et ecce una mulier fra
gmentum mole desup iaciens illisit ca
piti abimelech. et confregit cerebrum eius.
Qui uocauit cito armigerum suum. et
ait ad eum. Euagina gladium tuum
et percute me. ne forte dicatur qd a femina
interfectus sim. Qui iussa perficiens in
terfecit eum. Illoque mortuo omnes qui
cum eo erant de isrl reuersi sunt in sedes
suas. Et reddidit dns malum qd fece
rat abimelech contra patrem suum. interfectis
lxx. fratribz suis. sicimitis quoque qd opera
ti erant retributum e. et uenit sup eos
maledictio ioathan filii ierobaal. X

Post abimelech surrexit dux in isrl:
thola filius phua patrui abime
lech. uir de ysachar. qui habitauit in
samir montis ephraim. et iudicauit